



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Salutis studio, dum licet, inuigilandum esse. 99.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

ferri potest, qui mundi voluptates ac diuitias, quas Sapiens instar fumi repente dilabi atque evanescere inquit, futurę beatitudini anteponunt. *Sap. 5.*

Salutis studio, dum licet, inuigilandum esse.

99.

*D*ente pecus rabido latissima gramina rodit,
Vt gelidos sentit non procul esse dies.
Nam bruma veniente sibi quia pabula cernit
Nulla fore, idcirco, dum licet, antè capit.
Ergo hyemem Christi quoque tu pecus affore noscas,
Gramine qua molli sicca carebit humus.
Quare age, mentem epulis sanctis explere labora,
Dum potes, aut quavis es mage stultus ove.

SCHOLIA.

Dente pecus) Basilius magnus *Hom. 9.*
 nem, impendentem hyemem præ- *in He-*
 sentientem pabulo sese ingurgi- *xam.*
 tare ait, velutque ad futuram e-
 gestatem viatica sibi comparare:
 hincque homines admoneri, vt
 huic vitę non perditio quodam

cum affectu addicti sint, verum futuri seculi causa nihil non laboris ac studij sibi suscipiendum putent. Atque eodem modo

*Lib. 6.
cap. 4.
in He-
xam.*

Ambrosius (vt qui libenter per Basilij vestigia gradiatur) de eadem re verba faciens , ad hunc modum loquitur : Ovis sub adventū hyemis inexpugnabilis ad escam insatiabiliter herbam rapit , eò quòd præsentiat asperitatem hyemis futuram : vt se prius herbæ pabulo farciat , quàm gelu adurente , omnis herba deficiat . Homo igitur stultiorem oue se præbet , si , dum licet , In Scripturæ sacræ pascuis minimè se pascit , nec illud cogitat , orta hyeme , pabulum iam sibi omne defururum . Atque hoc est , quod aiebat Christus in Euangelio , Venit nox , quando *Eccle. 4.* nemo potest operari . Et Sapiens

nos admonet, vt dum huiusce
 lucis vsura fruimur, salutem nostram
 operam demus: Quoniam, in-
 quit, apud inferos non est inue-
 nire cibum.

Quò quò magis quis-
 piam spiritualiter pro-
 ficit, eò minus
 inanis fiducia
 concipit.

100.

*Vt Manue numen diuinum in imagine vidit,
 De nobis actum est funditus vxor, ait.
 At contra hæc vxor: non si nos perdere vellet,
 Sumeret athereus munerera nostra pater?
 Quid sibi vult, viso Domino quòd corda marito,
 Turbantur, contra scemina firma manet?
 Discimus hinc, quòd qui mysteria plurima noscitur,
 Plus timet: aut illam sps anim. sa leuat.*

SCHOLIA.

Vt Manue) Quid est hoc,
 inquit Gregorius, quòd ad vi- *E. s.*
 sionem angeli, vir fit timidus, *(a) 2.*

x ij